Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35162
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

sic romani imperatores ce-
saris illud nomen in regimine pro-
fectum regebat
Canicies ei dicitur senectus
Canicium est capillus albe-
scens in capite veterum
Caniculares dicuntur dies
quibus canicula id est stella
sic dicta regnat
Canistrum tri vas est de
folijs palmarum textum ad
panes portandos vel quod
scirpis canis constat unde
nomen accepit et est idem
quod sporta
Cano is cecini cantum. scilicet
alij simpliciter cantare alij
modulare vaticinari
laudare dicere metrice scribere
Canopeum vel conopeum
est rethe subtilissimum quo
repelluntur culices et musce
circa lectos dormientium
et maiore nobilium sicut
nunc fit super quedam altaria
et est inferius latum et superius
acutum
Canapus vel canapia
deus est egipcius unde
~~canopius deus~~ cano-
picus id est egipciacus
Canon onis media producta

in psalmis est cantus sive
modulatio vocum canora et
suavis dulcis lenis et purus
Cantarus ri est vas vinarium
Canticum est exultatio mentis
habita de eternis in voce
erumpens ut dicit glosa
in principio psalterij
Cantus ti scilicet declamationis
est extremitas vel circumferencia
rote id est valige
Chaos grece confusio tenebrarum
immensa vel profunda divisio
Item luce xvj ponitur chaos
pro impossibilitate mutandi meritum
vel statum et post ubique neu-
traliter dicitur Item chaos infer-
nus confusio principiumque
Caperis media correpta
est genus frutecti sic lon-
tipso in oriente nascitur
a grecis nomen traxisse
videtur eo quod habeat in sum-
mitatibus semina rotunda
capitella
Capedo inis dicitur ingenium
studium vel spacium
Capesso sis si ssum vo desi-
derativum est capio et est capere
cum desiderio et est accipere
invenire quod offertur pisto